2967 ~~3044~~

Feria quarta in crastino Festi Sanctæ Catherinæ Virginis et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. 26/XI

Pogroszenski Tatomir et filios ipsius Quietat. 425

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Generosus Sevastyn de Magna Pogroszeno Pogroszewski Vexillifer Ridgeskien sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo: Præsentique Castrensi Capitaneali Præmisliensi Jurisdictioni quoad Actum hunc attinet Se cum Successoribus actionis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie subijciendo atque incorporando palam libere publice ac per Expressum recognovit. Quia ipse Nobilem Les alias Alexandrum Tatomir Patrem Stephanum Janio Iwan Ste Fedio, et Ste alterum Filios ipsiusque eorumque posteros de Protestationibus trinis, per Nobilem Lucam Szymanski famulum suo ... nomine coram Actis officij præsentis ratione eiusdem Nobilis Szymanski ad ... in valle

in Villa Podbuze sitt tendentis intercepta Via publica
Verbis Scommaticis, tam eiusdem Famuli sui quam et Sui
Recognoscentis affectionis, et Sagitta ex Arcu emissa
traiectionis, in Vitam diffidationis, Una cum obductione
Vulneris facta; altera vero per Ntem Thomam Podgor-
ski famulum itidem Suo et Sui Recognoscentis nomine
contra eosdem Ntes Tatomiry aliosq tum et Subditos
de eadem Villa Podbuze Sacrae Regiae Maiestatis ra-
tione per ipsos non contentos antecedentibus iniurijs vio-
lentijs Ioannis Gnosi Gabrielis Mateszowski praefa-
tosq Subditos Podbuzen conductionis eiusdem Pod-
gorski, in fundis proprijs eiusdem Villae Podbuze
Sui Recognoscentis proprijs manibus violentis arrepti-
onis, terrae allisum fustibus et terris securium con-
uerberationis aliarumq violentiarum illationis Una
cum statuitione Mutis et Nieslo coram ijsdem Actis offi-
cij praesentis facta. Tertia demum Protestation Castri
Leopolien, per eundem Ntem Thomam Podgorski no-
mine Sui Rgntis contra eosdem Ntes Tatomiry
ratione per ipsos camporum in Bonis Villae praefatae
Podbuze sitt Sui Rgntis propriorum, violenter
superaggressionis, eorundemq Camporum frumenti
Varij generis conseminationis, et Possessioni illorum
illicitae applicationis facta. Tum obductionibus Vulne-
rum, [illegible] Relationibus, positarum Citationum
et Mandatorum Sacrae Regiae Maiestatis. Atque ex
demum Causis et Actionibus quibusuis Iuridicis
ad quaelibet Iudicium et Officium Regni per se Regnum
[illegible]

supraseri Ultib Tatomirom institutis et intentatis Decretis quibusuis tam personalibus quam contumacealibus inter se Rnum et praefatos Ultos Tatomiry ratione quarumcunq Praetensionum latis et subsecutis praemissis Bannitionum Aggrauationum et Simplicium Infamiarum, cum earum publicationibus, in quouis Iudicio et Officiis Regni, perse Rntem superius obtentis toto denique et integro processu Iuris, in quocunque puncto et gradu Iuris, ad diem praesentem intercedentium damnis violentijs iniurijs, ac praetensionibus quibusuis quo ad interesse tantum praefatorum Ultorum Tatomirow Patris et Filiorum spectat, quietat emittit liberosque et absolutos facit perpetuo. Protractiones eosdem cum suis obductionibus Vulnerum, Poenas Bannitionum Simplicium et Aggrauationum ac Infamiarum cum earum publicationibus, totumque Antecedentem et Subsequentem Processum Iudiciarium ratione praemissorum institutum et obtentum cassat annihilat et mortificat Diuturnis temporibus. Recognoscens sibi pro praemissis omnibus, quoad interesse praefatorum Ultorum Tatomirow Patris et Filiorum tantummodo spectat plenariam et sufficientem praestitam esse satisfactionem, atque summam certam Videlicet Sexcentorum florenorum Polonicorum ex eisdem supraseriis Praetensionibus iuxta amicabilem compositionem emanantis et prouenientis realem et effectualem persolutionem salua sibi Rnti cum alijs infraseriis Protestationibus et Actionibus ex praemissis inculpatis et praefato Famulo suo ...

mi Iudicii et Officii Regni ratione praemissorum Vidi Iure agendi reseruata, et pleno in robore praecustodita.

Idem et Tatomirz mutuo se se Quietant

426 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemisliensibus Gnosus Seuerinus de Magna Pogorzelowo Pogorzelski Vexillifer Bielzensis ab Una, et Mtes Alexander sive Les Tatomir Pater et Ianis alias Iaslo atque Stephanus Filij Tatomirowie Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iurisque Iurisdictionibus Suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo: Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet Se cum Successoribus ac bonis Suis quibus omnibus totaliter et plenarie Subijciendo atque Incorporando palam libere publice ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum Seorsim Suo pro interesse recognouit. Quia ipsi praecipue praefati Mtes Tatomirowie Suis et illum Iwani Stec Iedio, et alterius Stec Sui Recognoscentium Filiorum et Fratrum inter Se germanorum, pro quorum ratihabitione cauent, ac se praesentibus inscribunt nominibus, sese mutuo et inuicem ab Vniuersis quibusuis Protestationibus Processibus Decretis Condemnationibus quibusuis, in quouis Iudicio et Officio Regni obtentis et perductis Interdictis Contractibus Inscriptis Condemnationibus amicorum tam roboratis quam et non roboratis generaliter vero de Vniuersis praetensionibus ex occasione quauis praecipue vero ex occasione Bonorum certarum

Sortium